





*Pri. 34. num. 11.*

*1769, 8* 20

X.  
PROGRAMMA  
DE  
**PRIVILEGIO PVPILLI**  
*L. XIX. D. DE REB. AVCTOR. IVD. POSS.*  
**EIVS HEREDI DENEGATO**

QVO  
PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI  
CANDIDATI

**IO. FRIDERICI GVNTHER**

ADVOCATI DRESDENSIS  
DISPVTATIONEM INAVGVRALEM

DE  
**HYPOTHECA PVPILLORVM**  
AC MINORVM FEVDALI SAXONICA  
TACITA

D. XVI. SEPT. CCCCCLXVIII.

INSTITVENDAM  
RITE INDICIT

**CAROL. FRIDER. WALCHIUS, D.**  
ORD. IVRISCONS. H. T. DECANVS.

I E N A E  
L I T T E R I S S T R A V S S I I .



HISTORIÆ  
PRÆLITERIÆ DABRIETI

EIAS HERRIDI DILEGATO

IZAVONIUS I. AG DECTESEMI

CANDIDATI

IO. TRIBERIGI BANTHER

ADAGIATI DECTESEMI

DEUTSCHEN LIBERTATIS CIVITATIS

HISTORIÆ TYPICÆ

IMMUNDIENSIA SVOYONICI

ADATI

DEUTSCHEN LIBERTATIS CIVITATIS



QVVM CONSULTISSIMVS CANDIDATVS, cuius  
disputatio sollemnis a me iam pro offici ratione  
ne more maiorum est nuncianda, libello suo.  
ei destinato, de hypotheca feudali, legum po-  
tissimum Saxoniarum ex praescripto minori-  
bus ac pupillis competente differit: in mentem mihi venit  
quaestio: num quoque heredibus pupillorum minorumque hy-  
potheca tacita in bonis tutorum ac curatorum sit tribuenda;  
an potius illa ip[s]is deneganda? ac controuersia, quae de illa  
magno cum feroore superiori potissimum seculo inter juris-  
consultos magni nominis est agitata. Quantum ego quidem  
scio, primus fuit, qui eam quaestione attigit MATTHIAS  
COLERVUS a), dicasteriorum Ienensium quondam praef[ectus] gra-  
uissimus, ea ratione, vt vna cum collegis suis ius hoc heredi-  
bus haud competere traderet. Licer initio praeceptum hoc  
iurisconsultorum Ienensium haud displiceret BENED. CARP-  
ZOVIO b); postea tamen sententiam suam mutauit c) atque de-  
scendit in contrariam; neque solus eam adoptauit; sed plures

A 2

simul

- a) *decif. Germaniae, part. II. decif.*  
274. §. 4. *Testaturibi COLERVUS, et-*  
*iam hanc opinionem a iurisconsultis*  
*Ienensibus, responso Islebiam, ann.*  
*CIDICIO LXXXVIII. missa com-*  
*probatam esse.*
- b) *iurisprud. forens. part. III.*  
*conf. XXIIII. def. 12.*
- c) *respons. iur. electoral. libr. IIII.*  
*tit. IIII. respons. 33. num. 9.*



simul nactus est ad seclas atque in his etiam 10. BRVNNE-  
MANNVM d), licet alioquin a CARPZOVIO omni tempore, vt  
a LABEONE CAPITO dissentiret e); Ienenses vero et in his  
duumuiri, aduersus quos omnem reuerentiam habere merito  
nos oportet, CHRIST. videlicet PHIL. RICHTERVS f) ac  
GEORG. AD. STRVVIUS praeceptoris sui atque antesignani  
COLERI dignitatem defendere ac tueri se posse crediderunt,  
vbi cum MATTH. BERLICHIO b), GEORG. FRANZIO i) atque  
aliis sententiam illius masculo propugnarent. Quum omnes  
hi viri decidere studierint hanc quaestione hisque re-  
centiores sese adgregauerint, videlicet WOLFG. ADAM.  
LAVTERBACHIVS k), IO. VOETIVS l), DAVID. MEVIVS m),  
ANTON. FABER n), GERH. GOTTL. TITIVS o) ac nouissime  
HENRIC. GOTTFR. BAVERVS p) ac non minis eam copiose  
tractarint: operis superuacanei culpam vix effugere possem,  
si eundem laborem fuscipere vellem ac heredibus pupilli pi-  
gnus vindicare, quod nonnulli ipsis denegarunt; sed super-  
fedeo hoc labore ac solum legem illam, quae toti huic liti  
causam

d) ad L. 20. C. de administrat. lebrten Historie, tom. 1. p. 417.  
tutor.

e) memoranda hanc in rem est  
GUILIELM. ERNEST. SCHMI-  
DII, trutina doctrynarum lo. Brun-  
nemanni, quibus a Bened. Carpzovio  
aliisque iuriisconsultis Saxon. differ-  
tiendum existimauit, quam sub au-  
spiciis LYNCKERI Ienae c. 1696.  
defendit, atque eo maiorem atten-  
tionem meretur, quod suppeditauit  
occationem 10. BRVNNEMANNO  
c. 16 CC LXXXVIII. edendi ac simul  
causidicacionem trutinae Ienensis Hal.  
causafuit litis, inter LYNCKERVM  
AC BRVNNEMANVM magno cum  
feruore agitatae. Conferas die Haedi-  
schen Beystrage zur iurisprud. ge-

f) de iure et priuileg. creditor.  
diff. VIII. p. 220.

g) syntagma iuris ciuil. ex. XXVI.  
tbl. 20. tom. 11. p. 22.

h) part. I. conclus. 67. num. 32.  
i) comm. in dig. tit. de pignor.  
num. 34.

k) colleg. theor. practic. dig. libr. xx.  
tit. 2. vol. 1. p. 70.

l) comm. dig. ead. tit. num. 18.

m) part. VIII. decif. 393.

n) coa. Subaud. libr. VIII. tit. 2.  
def. 22.

o) iur. priuat. cap. XVII. §. 2.

p) diff. de pignore pupilli, Lips.  
CICOC LX.

❀ ❀ ❀

causam praebuit ac colerum cum eius affectatoribus in sententiam contrariam traxit, paulo curatiunc onsidero. Desumta est ea ex VLPIANI libris ad edictum sequentibus verbis q): dabi-  
musque ex his causis ipsi mulieri priuilegium. Si quis quin-  
tutor non esset, pro tutore negotia gessit priuilegio locum esse  
manifestum est; nec interest, ipse debeat, qui gessit, siue heres  
eius ceterique successores: ipse autem pupillus habet priuile-  
gium; sed eius successores non habent. Sed aequissimum erit  
ceteris quoque, quibus curatores quasi debilibus; vel prodigis  
dantur -- idem priuilegium competere.

ETSI ALIOQUIN LONGE ALIENUS SIM AB EORUM MODO LEGES  
INTERPRETANDI, QUI, ILLAS EXPLICATURI, EARUM AB AUCTORE INCI-  
PIUNT ATQUE DE EIUS VITA, STUDIIS, HONORIBUS, AC SCRIPTIS SINE  
VILLA DISTINCTIONE DISPUTANT; NEQUE DISPICUNT, VTRUM ID RE-  
UERA LUCEM EFFATO ACCENDAT; AN AD INTELLIGENDAM EAM  
NON FACIAT; NIHIL TAMEN MINUS HAC DE LEGE ANTE OMNIA MO-  
NERE ME OPORET, EAM AB AUCTORE PROFICI, QUI ADSESSOR FUIT  
PAPINIANI AC ANTONINI BASSIANI, HELIAGABALI AEQUE AC ALEXAN-  
DRI SEUERI AETATE IMPRIMIS FLORUIT, VIDELICET VLPIANO. EUM  
VNA CUM PAULLO SUB IMPERIO SEUERI ATQUE ANTONINI BASSIANI  
ADSESSORIS PROVINCIAM ADMINISTRASSE, DISCIMUS EX SPARTIA-  
NO r) AC LAMPRIDIO s). POSTERIOR IURISCONSULTUS ALIO LOCO  
ANIMADUERTIT, VLPIANUM, NISI IN EXILIO MISSUM; VEL  
MINIMUM REMOTUM FUSSI EIS AB OFFICIO t); EO VERO IN-  
TERFECTO, ALEXANDRUM SEUERUM IURISCONSULTUM NOSTRUM  
MAXIMA GRATIA ESSE PROSEQUUTUM ATQUE IPSI AB IMPERATORE  
GRAUISSIMA DEMANDATA FUSSI OFFICIA, AVRELIVS VICTOR v),

A 3

DIO

q) L. 19. D. de rebus auctior. ind.  
possidend.

r) in Pescennio nigro, cap. viii.  
p. 663.

s) in Alexandro Seuero, cap. 26.

p. 924.  
t) in Elagabali, cap. 16. Remo-

tum eum solum esse ab Elagabalo,  
purat ANT. SCHVETZINGVS in  
inv. sp. Anteiusliniane, p. 524. in  
exilium autem eum esse missum, sta-  
tuit GVIL. GROTIUS, vii. iuriscons-  
libr. ii, cap. 10. p. 156.  
v) de caesar. cap. XXIIII. §. 6.



DIO CASSIVS *x*) AC LAMPRIDIUS *xx*) abunde confirmant, vt  
EVER. OTTO *y*), IO. BERTRANDVS *z*), GVIL. GROTIUS *a*)  
atque in primis HADR. STEGERVS *b*) monent.

HAEC in tempora incidisse constat aetatem iurisconsulti;  
neminem tamen arbitrii oportet, in iisdem etiam tacita  
tam habuisse in bonis tutorum suorum ac curatorum pupillos  
minoresue hypothecam. Seuerus et Antoninus quidem re-  
scripsierunt *c*): non est interdictum tutoribus vel curatoribus,  
et si ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa  
res suas alienare. Potuit ergo curator tuus cum suo onere  
obligare fisco nostro: nam et priuato potuisset; non possumus  
tamen legem hanc cum IAC. GOTHOFREDO *d*) ac IO. IAC.  
WISSENBACHIO *e*) ita interpretari, vt per eam tacitam hypo-  
thecam introductam esse statuamus. Si imperatores tacitam  
per id voluissent introducere hypothecam, curatoribus res  
suas alienare haud permisissent. Permittunt alienationem  
voculisque *cum sua causa*: *cum suo onere* nihil aliud signifi-  
cant; quam quod debitum ipsorum pupillare hac in re ipsis  
haud impedimento fit. Iure nos ita explicare posse legem;  
ex ipsis artis grammaticae regulis patet, secundam quas verba  
haec *cum sua causa*: *cum suo onere* non possumus adplicare  
ad res alienandas; sed ad tutores ac curatores. Eadem ratio-  
ne cum IAC. GOTHOFREDO *f*) statuere debemus, DIOCLETIANVM  
aque ac MAXIMINIANVM *g*) tacitam hypothecam  
hanc adprobasse, quod licentiam iis dederit, bona sua alicui  
donan-

*x*) p. 451.

*xx*) loc. cit.

*y*) vit. Papiriani, cap. xiii. p. 524.

*z*) de iuris perit. libr. i. cap. 22. p. 110.

*a*) loc. cit.

*b*) diff. de Vlpiano, cap. 2.  
Denuo lucem adspexit in den.  
Hall. Brystragen zur iuris. gelebten

Historie, tom. i. p. 211.

*c*) L. vn. cod. rem alien. gerente.

*d*) comm. ad cod. Theod. tom. I.

p. 365.

*e*) ad pand. disp. l. i. tit. de admin.

et tut. cur. tbsf. 11.

*f*) loc. cit.

*g*) L. 17. C. de administrat. tutor.

donandi; sed ANTON. potius FABRO b) aliisque adsentimur, Constantimum primum eam introduxisse lege satis nota, quam in utroque codice, THEODOSIANO i) aequae ac IUSTINIANEO k) deprehendimus. Exhibit hic constitutionem sequenti ratione: *Imp. Constantinus Eusemianae: pro officio administrationis tutoris; vel curatoris bona si debitores existant, tamquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare, minime prohibentur.* Idem est, et si tutor; vel curator quis constitutus res minorum non administraverit. Dat. 7. cal. April. Treueris Volusiano et Anniano Coss. Legislatorem hac lege hypothecam tacitam et cum ea ius reale pupillis tribuere, vel ex actione liquet reali, *vindicationis nomine l)* hoc loco designata; quum autem ante illam nemo existit imperatorum, qui id ipsis tribueret, illud ab ipso primum esse introductum, iure ac merito statuere possumus. Si inscriptio huius legis, intuitu nominis eius, ad quam est data, recte se habet, licet illud haud inueniatur in codice Theodosiano, est ea saltim rescripti species, quam *sub et adnotacionem* vocamus: nonne vero multa noua iura imperatores iis quoque rescriptis introduxerunt? Concludimus potius ex eo, quod solum ad priuatum rescriptum sit datum et tamen conseruatum, antea legem de tacita hypotheca haud exitisse eamdemque ob rem istam constitutionem tanta attentione dignam habitam esse, ut adhuc existaret, vbi codex Theodosianus componeretur quumque GOTHOFREDVS neque in verbis: *minime prohibentur m), praesidium quaerere potest,* quo coniecturam suam stabiliat, iure ac merito Constantino ius hoc reale tribuimus.

## H A E C

b) iurisprud. Papin. tit. XII. de  
stat. princ. III. illat. II. addas VL-  
gial. tit. in quibus cauff. num. 4.

) libr. III. tit. XVIII. leg. I.

k) L. 20. C. de administr. tut.

l) BARN. BRISSON, de verb.  
RIC. HUBERVM, praefect. iuris signif. tom. II. p. 1356.

m) loc. citat.



HAEC quum ita sese habeant: necessario ex his colligendum est, VLPIANVM non potuisse lege nostra, quam iam explicamus, respicere ad hypothecam tacitam, de qua loquimur: sed iam superest, vt, nec respexisse iurisconsultum ad eiusmodi ius reale, breuibus monstremus. Satis notum est, iuris interpretem optime saepius sibi consulere, si obscurus ipsi videtur digestorum locus et, vt lucem ei accendat, iurisconsulti scriptum, ex quo est delibatus, inscriptionum ope pristinum in statum restituit *n*). Medicinam hanc in lege eo maiori iure adhibere possumus, quum ex libro VLPIANI est sumptus, ex quo plures leges in digesta: immo eundem titulum promanarunt *o*). Quodsi iam omnes has leges, vti V. C. CAR. FERDINAND. HOMMELIVS *p*) eas simul nobis exhibet, paullo curiosus ponderamus, discimus, omnes has sumptus esse ex libro LXIII. ad edictum; VLPIANVM autem de creditoribus atque iis potissimum, qui priuilegio essent muniti, videlicet de vxore *q*), de eo, qui ad refectionem aedium credititur *r*), de eo; qui habet funeraliam actionem *s*), de deponente *t*) aliisque differere, ac, quatenus illi priuilegium habeant, explorare. Comparat itaque reuestra nostra in lege cum iis tutores, quumque illis isto tempore inter creditores, vti aiunt chirographarios primus locus adfigaretur, neque alium pupillis tribuit eumque solum hereditibus denegat. Videmus id quoque ex eo, quod de priuilegio solummodo sermo sit nostra in lege. Vbi alioquin in lege disputatione de priuilegio creditorum quorundam, sub eo semper prelatio, vni creditori chirographario pree alteri

com-

- n*) HENR. BRENCMANNVS restituta, p. 286.  
*de legum inscriptionibus*, in WIELINGII iurisprud. restituta p. 145. *p*) palingenesia librorum iuris vte. *p*. 311.  
*ET CHRIST. HENR. ECKHARDVS hermeneut. iur.s.*, libr. I. cap. *q*) L.17. D. de reb. auctor. iud. praefit. *v*. p. 175. *r*) L. 24. D. eod. tit.  
*o*) ABR. WIELING, iurisprud. *s*) L. 17. D. eod. tit. *t*) L. 14. D. eod. tit.

competens indicatur v) priuilegiarii creditores opponuntur hypothecariis x): immo inde euenit, vt in vulgatis digestorum editionibus leges quaedam tituli de rebus auctor. iudicis possidendi separatum de priuilegiis creditorum confiant titulum.

ITA quum explicanda est lex nostra, facile constat, quo iure quidam iurisconsultorum ob illam denegare se posse crediderint hereditibus pupillorum hypothecam, quae ipsis in bonis tutorum suorum competit: ego vero peruenio ad principem huius scriptionis partem, videlicet solempnia illa, quibus crastina luce viam ad adipiscendam doctoris iuris dignitatem sibi parabit

VIR PRAENOBILISSIMVS AC DOCTISSIMVS  
**IO. FRIDER. GVNTHER,**  
 ADVOCAT. DRESDENS.

Quamnam inierit vitae pariter ac studiorum rationem, verbis illis, quibus eam nobis descripsit, exponam:

Ortus sum MDCCXXXV. die XXIIII. Septembbris Misenae,  
 oppido non ignobili ad fluvium Albin in Marchionatu  
 Misniae sito, honesto loco. Pater meus profectus ex  
 satis antiqua gente militari, quae vexatis atque affli-  
 tis Hussitis in Regno Bohemiae studio atque amore horum  
 doctrinæ ducta Bohemiam praediaque ibi hereditaria  
 derelinquens, in Sueciam indeque in Saxoniam secessit,  
 B pater

v) BARN, BRISSON, de verbis. x) L. 3. D. quod cum eo, qui in  
 signif. libr. XIV. p. IIII. alien. pot.



pater, inquam, cuius memoriam in cineribus adhuc  
colo atque omni veneror pietate filiali, functus hoc in  
commemorato oppido publici cursus magistri officio.  
Mater, cui vitam refero acceptam, Freybergae nata,  
vrbe in montibus praecipua, fuit optima carissimaque  
mater, quam mibi prob dolor! in tenera adhuc consti-  
tuto aetate rapuit mors subito. Domi priuatis im-  
butus institutionibus permansi, dum ad annum perue-  
nissim quartum et decimum, quo confecto, pater meus  
optimus me commisit disciplinae V. C. HOERII,  
praeceptoris de schola electorali, quae Misenae flore,  
meritissimi, in quo, ut ita dicam, non reperi  
simplicem litterarum humaniorum magistrum, sed  
patrem, quem ad hunc usque diem summis non pos-  
sum non prosequi officis de singulari in me collata  
cura, de probitate atque integritate sua, qua semper  
in me fuit vir ille. Peractis in disciplina sua sex an-  
nis, missus sum a patre meo litterarum calendarum  
amplificandarumque causa in academiam Lipsiensem,  
quo secessatus cum studia litterarum elegantiorum, tum  
iuris civilis et patrii per tres annos commoratus in  
fine studiorum me contuli Ienam, consilio animoque,  
hac in academia celeberrima ea perficiendi, ubi et an-  
num peregi integrum. In illa igitur frequentavi  
praelectiones publicas Prof. celeb. MÜLLERI in  
Philosophiam, in Institutiones iuris ciuilis, praele-  
ctiones

ctiones V. C. IOACHIMI Prof. Publ. in historiam iuris  
ciuilis, paelectiones conf. SAMMETII, in historiam  
vniuersalem Europae, paelectiones ill. BOEHMII,  
Prof. celeb. in ius naturae, paelectiones SAMMETII,  
in pandectas, paelectiones, V. C. RICHTERI, Prof.  
Publ. in ius feudale, paelectiones SAMMETII, in  
ius canonicum, BREVNINGII, Prof. in hac vero secta-  
tus sum paelectiones beati BVDERI, Prof. Publ. lon-  
ge celeb. in ius publicum aequa ac feudale, porro  
paelectiones perillustris HELLFELDI, Prof. publ. in  
ius feudale, paelectiones illustr. WALCHII Prof. Publ.  
in ius Gemanicum, tandem paelectiones beati SCHMIDII,  
Prof. Publ. in processum atque artem referendi ex actis.  
Reversus ad patrios lares patriamque conspiciens  
moesto ac cruento adhuc afflictatam atque oppresam  
bello, cuius memoria luctuosa animis ad summam usque  
inbaerebit senectutem, arque bac de causa Varsoviam  
anno MDCCCLI. abiens, duobus bac in urbe praefui  
filii cuiusdam consiliarii belli, indeque iter faciens in  
Galliam anno MDCCCLXI. versatus sum hoc in regno,  
dum ad finem prope vergeret bellum. Redux sub finem  
belli ad aram focunque patrium adscriptus sum anno  
MDCCCLXIII. Dresdae iussu regio cauſarum patronis,  
a quo inde tempore bac in ciuitate cauſis vacauit  
orandis.

Hic



Hic est dignissimus ille candidatus, qui illustri ordinis  
iurisconsultorum vtroque in examine egregias animi dotes  
aeque ac praeclaras, quam sibi adquisiuit, iuris scientiam  
egregie probauit; eius autem publicum specimen crastina  
Iuce, dissertationem suam inaugurem de *hypotheca pupillo-*  
*rum ac minorum feudali Saxonica tacita sub meo praefidio*  
*defensurus, exhibebit.* Non dubito, MAGNIFICVM ACA-  
DEMIAE RECTOREM, ILLVSTRISSIMOS S. R. I. COMITES,  
PATRES ACADEMIAE VENERANDOS, HOSPITES OMNIVM  
ORDINVM HONORATISSIMOS AC GENEROSISSIMOS NOBIS-  
LISSIMOSQVE COMMITITONES aetum hunc praefentia sua  
cohonestaturos esse, et, vt hanc benevolentiam candidato no-  
stro benigne exhibeant, meo meique ordinis nomine oro ac  
contendo. P.P.d. xv. Septembr. ann. postreparat. salutem  
CICCCCLXVIII.



**ULB Halle**  
004 526 880

3



*Sb*

*KD78*



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
1  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

Pri. 34. num. 11.

1769, 8

20

X.  
PROGRAMMA  
DE  
**PRIVILEGIO PVPILLI**  
*L. XIX. D. DE REB. AVCTOR. IVD. POSS.*  
**EIVS HEREDI DENEGATO**

QVO  
PRAENOBISSIMI AC DOCTISSIMI  
CANDIDATI  
**IO. FRIDERICI GVNTHER**  
ADVOCATI DRESDENSIS  
DISPV TATIONEM IN AVGVRALEM

D.  
DE  
**HYPOTHECA PVPILLORVM**  
AC MINORVM FEVDALI SAXONICA  
TACITA

D. XVI. SEPT. CICDCCCLXVIII.

PROST  
INSTITVENDAM  
RITE INDICIT  
**CAROL. FRIDER. WALCHIVS, D.**  
ORD. IVRISCONS. H. T. DECANVS.

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSI.

